



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

S. Gerardus Episcopus in Hungaria; & martyr, n. 4

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

Natal. Arnol. Vovyr. Celebran. de Conce. pions Dei para reue. latio à S. Nicolao habita.

Bernar. epi. 174. ad Lugdunenses) legimus apud Petrum de Natalibus in Catalogo Sanctorum libr. 1. cap. 42. & apud Arnoldum Wyon libr. 5. Ligni vitæ c. 103. S. Nicolaum Episcopum mira claritate fulgentem Pontificali habitu de coratum à Dei genitrice ad hanc de festo Conceptionis revelationem faciendam, illosque à naufragio liberandos esse transmissam. ex quo S. Nicolai dum viueret singularem erga Virginem pietatem colligere possumus, quippe qui ad hoc munus obsecundum, quod ad Virginis gloriam sectabat, ab eadem sit delectus: nec mirum Pontificalibus, quæ sibi Deipara primum dederat, & deinde ablata restituerat, indurum in eisdem obsequium naufragantibus apparuisse.

S. MARTINUS EPISCOPUS.

S. Martini Toronensis. Episcopi. à B. Virgine. ab hisq. SS. Simeone. Severus Sulpitius.

S. Martinus Turonensis Episcopus in Deum religione, ac miraculis longè clarissimus ob suam egregiam in Virginem pietatem dignus à B. Virgine, teste Severo Sulpitio in dial. 2. vitæ ejusdem, B. Virgo cum S. Tecla, & Agnete veniret, quod non eo tantum die, Severus Sulpitius aliquid coelitus illi accidisse animadvertens, fumis precibus ab eo id extorsit, sed frequenter Martinus se ab eis confectus est visitari.

S. GERARDUS EPISCOPUS IN HUNGARIA & martyr.

S. Gerardi Episcopi Canadensis. Deiparam. S. Stephani Hungaria.

S. Gerardus Episcopus Canadensis in Pannonia & martyr, Deiparæ impense addictus Venetis parentibus ortus, puer monasticum institutum complexus, ad Christi Domini sepulchrum inuisendum proficiscitur: cum quæ in Pannoniam pervenisset, à S. Stephano Hungariæ Rege peramanter exceptus est. Is post aliquot annos in Eremito apud Hungaros sancte tractatos studio S. Stephani regis Episcopus consecratus in Ecclesia S. Georgij martyris, ad honorem Dei Genitricis aram erexit, ante quam thuribulum argenteum collocavit duosque profectæ ætatis homines adhibuit, qui jugiter vigilarent, atque operam darent, ne ulla unquam hora thymiana ibi deesset: singulis quoque sabbatis cum novem lectionibus, ut in festo Assumptionis, magnique laudem præconijs, devotionis suæ officium illic explebat. Cæteris autem diebus matu-

tinis, & vespertinis precibus absolutis, bis cum processione eo venire solebat; Reis Deiparæ nomine veniam petentibus facillè ignoscebat, ei auctore ab Hungaris nomen ipsum matris Dei non prononciatur; sed Domina vocatur quod si prononcietur illius nomen, statim flexis genibus, & demissis in terram capitibus se se inclinant, atque adeo Pannonia à sancto Rege suo Stephano Familia S. Mariæ est appellata. tandem martyrij palmam primum in Pannonia est consecutus anno 1042. cujus festum in martyrologio ascribitur die 24. Septemb. hæc ex ejus vita apud Surium tom. 5.

S. ANNO ARCHIEPISCOPVS COLONIENSIS.

S. Anno Archiepiscopi Colonien. S. Anno Archiepiscopi Surium.

S. Anno Archiepiscopus Colonienfis, cuius dies in martyrol. 4 Decembr. recoli. tur ecclesiasticæ libertatis propugnator strenuus, migravit ad Dominum anno salutis 1075. de quo auctor ejus vitæ lib. 1. cap. 16. apud Surium tom. 6. Monasterium, inquit, quod dicitur ad gradus, in honorem sanctissimæ Dei genitricis Mariæ, factis fundamentis erexit, omnique varij deconsuelegantia pulchre distinctum consecravit prædij ad triginta Canonicorum sufficientiam copiosè de legatis, quos undique scientia, vita, vel moribus exquisitos illic adunarat. Ipse verò speciali devotione dilectæ sibi Domine totius inhærens cum ejus patrocinij Animum credidisset, etiã sepulchrum in eodem sibi monasterio adhuc futurorum nefcius extruxit. hæc in ejus vita apud Surium.

CARTHUSIANORVM ORDO

In vita S. Brunonis Patres Carthusiani monestri per Virg. nom. libentis.

Cum Patres Carthusiani Religiosissimi evocato Romam S. Brunone eorum fundatore ab Urbano II. magna quadam reverentia, & pusillanimitate propter susceptæ vitæ austeritatem, & loci horrorem, ac vastitatem, nec non propter quorundam obtruncatorum eos deterrimentum linguas, exagitarentur, apparuit eis vir quidam venerabilis canonicus, crispo capillo, qui Dei nomine illis pollicitus est Deiparam eos in loco vno deserto conservaturam, si in eius honorem preces virginis horarias quotidie recitarent: cumque repente his dictis ab eorum oculis se subduxisset.